



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &
heriditarias quasi successiones

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

278 Resecratio nostris ignota.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

§. 1. 10. q. 2.) & non resecrationis re integra manente seu formam suam retinente dum reuocatur in vsus prophanos. verum de resecratione degradationi similima nos plura diximus in Antiquitatibus nostris Ecclesiasticis in Syntagmate de iure prouentuum Ecclesiasticorum ad c. 2. de testam. nu. 34. & seqq. vbi docuimus & Monachos Deo votos atque consecratos posse per Summi Pōtificis ita dispensantis resecrationem desinere esse monachos, cum characterē non imprimat monachis Professio monastica, sicut imprimit Sacerdotalis ordo Sacerdotibus (vt & Ordines alij ordinatis aliis) qui nunquam desinunt esse Sacerdotes etiam si degradarentur. c. quōd quidam. §. si fortē. & §. degradatus. 1. quæst. 1. Cæterum præter hos tres rerum sacrarum & quidem etiam spiritualium gradus reperitur & quartum quoddam genus rerum non quidem spiritualium propriè dictarum sed sacrarum nihilominus, vel in perpetuū Deo vel Ecclesiæ dicatarum, citra consecrationis vcz vllius interuentionē; qualia sunt prædia resq; similes & mobiles & immobiles & corporales & incorporales & animatæ & inanimatæ quarūlibet Ecclesiarum: tales enim res adnumerari sacris rebus, & in iis per sese etiam solis cōmitti sacrilegium, quāuis non simoniā, eo quōd spirituales non sint, docemur ex c. nulli. & c. prædia. 12. q. 2. Quod & ipse D. Thomas agnoscit 2. 2. quæstion. 99. artic. 3. Quales quidem res licet ex natura sua per se (quod consecratæ non

k iij sint

278
Resecratio
nostris igno-
ta.

279
Monachus
potest fieri nō
monachus.

280
4. Res sacræ
quartæ seu ge-
neris seu gra-
dus, vt fundi
similesq; res
Ecclesiarum
perpetuæ.